Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

ministerii e(st). animas fidelium uerbo fidei reficere. & iux
ta regulam apostolicae discretionis rudib; adhuc disci
pulis rationa(bi)le & sine dolo lac doctrinae simplicis ad
hibere. perfectiorib; aut(em) solidum cibum doctrinae
sublimioris ministrare. Quicumq; enim sacram(en)ta
xpi summatim cognoscere atq; ad imitatione(m) suscipere
norunt. hi quasi carnib; hostiae salutaris refecti sati
antur, Et quia doctor(um) e(st) spiritalium quae cuique
personae mysteria audienda committant. sollertissi
me discernere. Recte fuscinulas facere iubetur sacer
dotib; moyses quib; carnes hostiaru(m) p(ro)ut opus fuerit con
ponant. Et alia quidem hominib; sed mundis edenda
offerrent. alia uero altaris ignib; consumenda relin
quant. Quia sunt in uerbis d(e)i nonnulla quae n(ost)rae hu
militati reuelare ad n(ost)rae epulas refectionis concedere
dignatus est, Sunt item alia tantae p(ro)funditatis quae
s(an)c(t)i sp(iritu)s solummodo scientiae pateant. n(ost)rae uero capaci
tatis per omnia mensuram transcendant, Porro igniu(m)
receptacula ad hoc deputata s(un)t ut per haec ignis s(em)p(er) ab
altare holocausti ad altare thimiamatis uespere & ma
ne ad incensum ponendum deferetur. Quae & ipsa pat(e)nt(er)
figuram tenent doctoru(m). qui tamqua(m) igne(m) de altare
holocaustoru(m) ad altare defer(un)t incensi. cum suos docent au
ditores de uirtute semp(er) in uirtutem proficere.